

PHILIPPVS MELANCHTHON

SIMONI GRYNEO VIRO

doctissimi. & amico ueteri. S. D.

**C**VM in omnibus artibus pro fit initio breuia  
quædam elementa tradere ad præparandos  
studiosos, ad interiorẽ doctrinam, maxima  
profecto debetur gratia uiris optimis & crudi-  
tissimis, qui harum pulcherrimarum disciplina-  
rum uidelicet astronomiæ, & cosmographiæ Isa-  
gogas nobis composuerunt, qui quidem non so-  
lum propter ipsarum artium dignitatem sed magis  
etiam propter rei difficultatem laudari merentur.  
Magni enim negocij fuit magnæ prudentiæ ex tan-  
ta tanque multiplici rerum copia eligere ea quæ  
maxime in aditu ac uestibulo profutura essent.  
Hanc ob causam semper amaui mirificè libellum  
Iohannis de sacro Busto qui mihi uidetur elemen-  
ta in hoc genere complexus aptissime, ac pluri-  
mum uidisse in gymnasijs homines doctissimos iu-  
dico, qui magno consensu prætulerunt hunc libel-  
lum alijs eiusdem generis, & extare in omnibus  
scholis, & in omnium manibus uersari uoluerunt.  
Victurus genium debet habere liber, inquit Mar-  
tialis. Sed talis genius non contingit operibus, quæ  
nullam habent utilitatis cõmendationem. Cũ autem  
hic libellus tot sæculis in omnibus scholis in tanta

F ij uarietate